

40. *Inst. de rer. divis. & suæ quisque rei moderator & arbi-  
ter est l. in re mandata 21. Cod. mandati, quod jus nec pa-  
cto sibi adimere potest Dominus l. nemo 61. ff. de pactis; ra-  
tio est, quod alienatio quidam rei fructus sit l. utitur 38 de  
usufructu, quo debitorem sibi acquirere potest l. si pignore 54.  
§. 1. ff. de furtis.*

(b) Qui minus plenum dominium habet, is aut ha-  
bet proprietatem nudam & facultatem alienandi ex directo  
dominio descendente; aut naturalem rei possessionem,  
& usufructum in re aliena constitutum ex utili dominio;  
Est enim integrum unicuique alium suæ dominationis in  
re participem facere l. 12. §. 2. ff. de usufructu. Insignis in-  
super dominii effectus est, quod, sicubi rei nostræ pos-  
sio nobis ablata sit, eam vel directâ vel utili vindicatione  
reciperare queamus l. officium 9. l. 23. de rei vindicatione.

#### XXIV.

Cognata Domini sunt; Jus quod patri concessum  
in liberos, (a) Marito in uxorem (b) quasi dominium (c)  
Huc pertinet etiam jus, quo ratione interesse ad nos res per-  
tinere dicitur (d) & deniq; Dominium quod alterius nomine  
obtinemus. (e)

(a) l. 1. §. 2. ff. de rei Vindicat. §. interdum 9. *Instit.  
de Obligat.* quæ ex delicto nascuntur, tit. C. de patribus qui  
filios suos distraxerunt, quod familiæ jus dicitur.

(b) l. pronuntiatio 195. §. 2. ff. de V. S. unde in mariti ma-  
nu mancipioq; dicitur, aut in ejus, in cujus maritus, manu  
esse.

(c) Quod habet qui ex justo titulo bonæ fidei est pos-  
sessor §. namq; 4. *Inst. de action.*

(d) l. Verbum 181. ff. de V. S. l. 9. §. fin. ff. de edendo, unde  
Domi-